

Mazalová, Lucie

Exempla

In: Mazalová, Lucie. *Čítanka snadných textů ze středověké latiny*. 1. vyd. Brno: Masarykova univerzita, 2014, pp. 37-49

ISBN 978-80-210-6969-5; ISBN 978-80-210-6972-5 (online : MobiPocket)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/130509>

Access Date: 22. 03. 2025

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

VI. Exempla

Tato rozsáhlá kapitola obsahuje ukázky z děl tří autorů – Řehoře Velikého (Gregorius Magnus, kolem 540–604), Petra Alphonsiho (Petrus Alphonsi, 1075 – po 1130) a Caesaria z Heisterbachu (Caesarius Heisterbacensis, kolem 1180 – po 1240).³¹ Společným znakem ukázek je to, že se jedná o velmi krátká vyprávění, jejichž cílem je čtenáře morálně poučit, a že proto hrají důležitou roli v souvislosti s hledáním počátků exempla.

Dialogi Řehoře Velikého – hagiografa, exegetika, od r. 590 papeže a také reformátora liturgie – jsou rozhovory Řehoře a jáhna Petra a jako celek jsou dílem hagiografickým.³² I když se jedná o dílo spojované především s oslavou Benedikta z Nursie, je významné i z dalšího hlediska – obsahuje velké množství vyprávění o zázracích (*miracula*) nebo viděních, která začaly další generace používat např. jako oblíbená exempla nebo jako vysoce hodnocený vzor pro sepisování nových *visiones*.

Petrus Alphonsi byl osobním lékařem krále Alfonsa I. Aragonského a z hlediska literárního proslul díky souboru příběhů zasazených do rozhovorů otce a syna o tématech souvisejících s křesťanskou morálkou – *Disciplina clericalis*.³³

Caesarius byl převorem v Heisterbachu, ale z hlediska literárního především „tvůrcem exempla jako literárního druhu“. *Exemplum* (= příklad) je „krátké vyprávění, které slouží jako ilustrace k náboženskému nebo mravnímu naučení a dělá je srozumitelnějším. Žánrově jsou exempla bajky, paraboly, novely, povídky, zpravidla kratšího rozsahu, vždy však musí být vedle složky epické zastoupeno i ponaučení.“³⁴ Exempla se používala hlavně v kazatelské praxi „k povzbuzení bdělosti a zájmu posluchačů“ a také pro zlepšení srozumitelnosti obsahu.³⁵ Caesarius vkládal exempla do kázání, ale napsal také dvě sbírky samostatných exempla – *Dialogus miraculorum* (1219–1223) a *Libri miraculorum*.³⁶ Jeho hlavní přínos spočíval právě v tom, že exempla osamostatnil (vzhledem ke kázáním).³⁷ Několik exempla jsem převzala z první jmenované sbírky

31 A. VIDMANOVÁ v následujících heslech v SLS: Gregorius Magnus, s. 263; Petrus Alphonsi, s. 454; Caesarius Heisterbacensis, s. 154.

32 Např. VIDMANOVÁ, A. Gregorius Magnus. In SLS, s. 263.

33 VIDMANOVÁ, A. Petrus Alphonsi, In SLS, s. 454.

34 VIDMANOVÁ, A. Exemplum. In SLS, s. 236.

35 J. Nechutová v uvodní studii ke svému českému překladu Caesariova *Dialogu: Caesarius z Heisterbachu. Vyprávění o zázracích. Středověký život v zrcadle exempla*. Praha: Vyšehrad, 2009, s. 17. ISBN 978-80-7021-980-5.

36 VIDMANOVÁ, A. Caesarius Heisterbacensis. In SLS, s. 154.

37 NECHUTOVÁ, J. In *Caesarius z Heisterbachu. Vyprávění*, s. 18.

– *Dialogus miraculorum*. Caesarius si v ní vzal za vzor zmíněné Řehořovy *Dialogy* a vystavěl dílo jako rozhovor novice a mnicha (= sám autor).³⁸ Jednotlivá exempla Caesariova *Dialogu* na sebe navazovala a jako celek byl *Dialog* zamýšlen jako pomůcka Caesariovým žákům (cisterciáckým novicům) pro správný způsob života, nikoli jako nesouvisející zábavné historky.³⁹

Řehoř Veliký – *Liber dialogorum*

Liber IV, cap. X. – De anima inclausi cuiusdam

Quidam autem religiosus atque fidelissimus uir adhuc mihi in monasterio posito narrauit, quod aliqui de Siciliae partibus nauigio Romam petentes, in mari medio positi, cuiusdam serui Dei, qui in Samnio fuerat inclausus, ad caelum ferri animam uiderunt. Qui descendentes ad terram causamque, an ita esset acta, perscrutantes, illo die inuenerunt obiisse Dei famulum, quo hunc ad regna caelestia ascendisse cognouerunt.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, cap. X, s. 44. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

Slovní zásoba

nauigium, ii, n. – lod'

perscrutor, ari, atus sum – zkoumat, pátrat

famulus, i, m. – služebník

caelestis, e – nebeský

Liber IV, cap. XXXV.– De quodam religioso moriente, qui prophetas uidit

Nam quidam noster religiosus, uir uitae ualde laudabilis, cum ante hoc quadriennium moreretur, sicut religiosi alii, qui praesentes fuere, testati sunt, in hora exitus Ionam prophetam, Hiezechiel quoque et Danielem coepit aspicere eosque dominos suos ex nomine clamare. Quos dum ad se uenisse diceret et de pressis luminibus eis reuerentiae obsequium paeberet, ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi, quae erit in illa incorruptibili uita notitia, si uir iste adhuc in carne corruptibili positus prophetas sanctos, quos nimurum nunquam uiderat, agnouit.

38 Tamtéž, s. 20.

39 Tamtéž, s. 21.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 116. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

Slovní zásoba

religiosus, i, m. – mnich
 propheta, ae, m. – prorok
 deprimo, ere, pressi, pressum – sklopit
 lumen, inis, n. – zrak
 obsequium, ii, n. – oddanost, podřízenost
 reuerentia, ae, f. – vážnost
 notitia, ae, f. – znalost, porozumění, poznání

Liber IV, cap. XXXVII. – De uocatione et reuocatione Petri monachi (...)

Superna enim pietas ex magna misericordiae suae largitate disponit, ut nonnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant et tormenta inferi, quae audita non crediderant, saltem uisa pertimescant. Nam quidam Illiricianus monachus, qui in hac urbe mecum in monasterio uiuebat, mihi narrare consueuerat, quia quodam tempore, cum adhuc in heremo moraretur, agnouerit, quod Petrus, quidam monachus ex regione ortus Iberiae, qui ei in loco uastae solitudinis, cui Euasa nomen est, inhaerebat, sicut ipso narrante didicerat, priusquam heremum peteret, molestia corporis interueniente defunctus est; sed protinus corpori restitutus inferni se supplicia atque innumera loca flamarum uidisse testabatur. Qui etiam quosdam huius saeculi potentes in eisdem flammis suspensos se uidisse narrauit. Qui cum iam deductus esset, ut in illo et ipse mergeretur, subito angelum corusci habitus apparuisse fatebatur, qui eum in igne mergi prohiberet. Cui etiam dixit: „Egredere et qualiter tibi posthaec uiuendum sit, cautissime adtende.“ Post quam uocem paulatim recalescentibus membris ab aeternae mortis somno euigilans cuncta, quae circa illum fuerant gesta, narrauit. Tantisque se postmodum uigliiis ieconiisque constrinxit, ut inferni eum uidisse et pertimusse tormenta, etiamsi taceret lingua, conuersatio loqueretur; quippe cui omnipotentis Dei mira largitate in morte actum est, ne mori debuisset.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 126–128. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

ČÍTANKA SNADNÝCH TEXTŮ ZE STŘEDOVĚKÉ LATINY

Slovní zásoba

uocatio, onis, f. – výzva, povolání

supernus, a, um – nebeský

pietas, atis, f. – láska

exitus, us, m. – smrt

monasterium, ii, n. – klášter

Iberia (Hiberia), ae, f. – Španělsko

solitudo, inis, f. – pustina

inhaereo, ere, haesi, haesurus – připojit se

molestia, ae, f. – obtíž

protinus – hned

supplicium, ii, n. – trest

mergo, ere, mersi, mersum – strčit, uvrhnout

coruscus, a, um – třpytivý

habitus, us, m. – šaty

fateor, eri, fassus sum – vypovědět, prozradit

recalesco, ere – opět se oteplovat, zahřívat se

somnus, i, m. – spánek

euigilo, are, avi, atum – probudit se

uigilia, ae, f. – bdění (noc strávená modlitbami)

constringo, ere, strinxi, strictum – spoutat, krotit, držet na uzdě

conuersatio, onis, f. – životní postoj, způsob života

Liber IV, cap. XXXVII.– De resuscitatione Stephani

Sed quia humanum cor grauis ualde duritiae est, ipsa quoque poenarum ostensio aequa omnibus utilis non est. Nam inlustris uir Stephanus, quem bene nosti, de semetipso mihi narrare consueuerat, quia in Constantinopolitana urbe pro quadam causa demoratus molestia corporis superueniente defunctus est. Cumque medicus atque pigmentarius ad aperiendum eum atque condiendum esset quaesitus et die eodem minime inuentus, subsequenti nocte iacuit corpus inhumatum. Qui ductus ad inferni loca uidit multa, quae prius audita non credidit. Sed cum praesidenti illic iudici praesentatus fuisse, ab eo receptus non est, ita ut diceret: „Non hunc deduci, sed Stephanum ferrarium iussi.“ Qui statim reductus in corpore est et Stephanus ferrarius, qui iuxta eum habitabat, eadem hora defunctus est. Sicque probatum est uera fuisse uerba, quae audierat, dum haec effectus mortis Stephani demonstrauit.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 128. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

Slovní zásoba

resuscitatio, onis, f. – vzkříšení, povstání z mrtvých
 duritia, ae, f. – tvrdost, zatvrzelost
 ostensio, onis, f. – ukázání, odhalení
 inlustris = illustris, e – vynikající, osvícený
 nosti = novisti
 demoror, ari, atus sum – zdržovat se
 defungor, i, functus sum – skonat, zemřít
 pigmentarius, ii, m. – mastičkář
 condio, ire, ivi, itum – balzamovat
 inhumatus, a, um – nepochovaný, nepohřbený
 praesideo, ere, sedi, sessum – předsedat
 ferrarius, ii, m. – kovář
 probo, are, avi, atum – dokázat
 effectus, us, m. – vykonání, následek

Liber IV, cap. XXXVII.– De uisione cuiusdam militis

Quidam uero miles in hac eadem nostra urbe [pestilentia] percussus ad extrema peruenit. Qui eductus e corpore exanimis iacuit, sed citius rediit et quae cum eo fuerant gesta, narrauit. Aiebat enim, sicut tunc res eadem etiam multis innotuit, quia pons erat, sub quo niger atque caligosus foetoris intolerabilis nebulam exhalans fluuius decurrebat. Transacto autem ponte amoena erant prata atque uirentia, odoriferis herbarum floribus exornata, in quibus albatorum hominum conuenticula esse uidebantur. Tantusque in loco eodem odor suauitatis inerat, ut ipsa suauitatis fragrantia illic deambulantes habitantesque satiaret. Ibi mansiones diuersorum singulae, magnitudine lucis plenae. Ibi quaedam mirae potentiae aedificabatur domus, quae aureis videbatur laterculis construi, sed cuius esset, non potuit agnosci. Erant uero super ripam praedicti fluminis nonnulla habitacula, sed alia exsurgentis foetoris nebula tangebantur, alia autem exsurgens foetor e flumine minime tangebat.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 130. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

ČÍTANKA SNADNÝCH TEXTŮ ZE STŘEDOVĚKÉ LATINY

Slovní zásoba

percutio, ere, cussi, cussum – uchvátit, zasáhnout
pestilentia, ae, f. – mor
extremus, a, um (od exter) – konečný, poslední
exanimis, e – bezduchý, neživý
aio, ais – říkat, tvrdit
foetor, oris, m. – zápach
nebula, ae, f. – pára, mlha, oblak
exhalo, are, avi, atum – vydávat (ze sebe), vypařovat
pratum, i, n. – louka
uireo, ere, ui, — – zelenat se
conuenticulum, i, n. – shromáždění
albatus, a, um – oděný bílým rouchem
odor, oris, m. – vůně
fragro, are, avi, atum – vonět
mansio, onis, f. – příbytek, běžné označení pro některé ze zásvětních míst
laterculus, i, m. – cihla
ripa, ae, f. – břeh

Liber IV, cap. XXXVII. – Pokračování vojákova vidění – zkouška na onom světě

Haec uero erat in praedicto ponte probatio, ut quisquis per eum iniustorum uellet transire, in tenebroso foetentique fluuio laberetur; iusti uero, quibus culpa non obsisteret, securo per eum gressu ac libero ad loca amoena peruenirent. Ibi se etiam Petrum ecclesiasticae familiae maiorem, qui ante quadriennium defunctus est, deorsum positum in locis teterrimis, magno ferri pondere religatum ac depresso uidisse confessus est. Qui dum requireret, cur ita esset, ea se dixit audisse, quae nos, qui eum in hac ecclesiastica domo nouimus, scientes eius acta recolimus. Dictum namque est: „Haec idcirco patitur, quia si quid ei pro facienda ultione iubebatur, ad inferendas plagas plus ex crudelitatis desiderio, quam oboedientia seruiebat.“

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogué. Paris: Cerf, 1980, s. 130–132.
Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

Slovní zásoba

probatio, onis, f. – zkoušení

tenebrosus, a, um – tmavý, černý
 foeteo, ere – zapáchat, smrdět
 labor, labi, lapsus sum – padat
 obsisto, ere, stiti, — – stavět se do cesty
 gressus, us, m. – krok, chůze
 quadriennum, ii, n. – doba čtyř let
 deorsum – dolů
 teter = taeter, tra, trum – ošklivý, odporný
 ferrum, i, n. – železo
 religo, are, avi, atum – svázat, přivázat
 deprimo, ere, pressi, pressum – stlačit (jindy sklopit)
 ultio, onis, f. – trest
 plaga, ae, f. – rána, úder

Liber IV, cap. XLV. – Vtrum unus gehennae ignis sit, an diuersi

GREGORIUS: Vnus quidem est gehennae ignis, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniusciusque etenim quantum exigit culpa, tantum illic sentietur poena. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem aequaliter sentiunt, quia alius plus aestuat atque aliis minus, ita illic in uno igne non unus est modus incendii; quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut et ignem non dissimilem habeant, et tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

(GRÉGOIRE LE GRAND. *Dialogues*. Tome III, Livre IV. Ed. A. de Vogüé. Paris: Cerf, 1980, s. 160. Sources Chrétiennes 265. ISBN 2-204-01543-1)

Slovní zásoba

gehenna, ae, f. – peklo; z hebrej. Ge-Ben-Hinnom nebo Ge-hinnom = údolí u Jeruzaléma, kde byly obětovány děti bohu Molochovi
 diuersus, a, um – různý, rozdílný
 culpa, ae, f. – provinění, vina
 illic – tam
 ardor, oris, m. – žár
 aestuo, are, avi, atum – (prudce) spalovat, pálit
 exuro, ere, ussi, ustum – spalovat

Petrus Alphonsi – *Disciplina clericalis*

De septem artibus, probitatibus, industriis

Unus ex discipulis interrogavit magistrum suum et dixit: „Cum septem sint artes et septem probitates et septem industriae, vellem, ut haec mihi, sicut se habent, enumerares.“ Magister: „Enumerabo. Hae sunt artes: dialectica, arithmeticā, geometria, phisica, musica, astronomia. De septima vero diversae plurimorum sunt sententiae, quaenam sit. Philosophi, qui prophetias sectantur, aiunt nigromantiam esse septimam. Aliqui ex illis videlicet, qui prophetiis non credunt, philosophiam volunt esse septimam, quae res naturales vel elementa mundana praecellit. Quidam, qui philosophiae non student, grammaticam esse affirmant. Industriae vero hae sunt: equitare, natare, sagittare, cestibus certare, aucupare, scaccis ludere, versificari. Probitates hae sunt: ne sit vorax, potator, luxuriosus, violentus, mendax, avarus et de mala conversatione.“ Discipulus: „Hoc tempore puto neminem huiusmodi esse.“

(PIETRO ALFONSI. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 30–31. ISBN 978-88-8402-689-7.)

Slovní zásoba

probitas, atis, f. – ctnost, kvalita
enumero, are, avi, atum – vypočítat
prophetia, ae, f. – proroctví
sector, ari, atus sum – honit se za něčím
nigromantia, ae, f. (necromantia) – černá magie, čarodějnictví
elementa, orum, n. – prvky
precello = praecello, ere, —, — – předčit, převyšovat
affirmo, are, avi, atum – tvrdit (s jistotou)
nato, are, avi, atum – plavat
sagitto, are, avi, atum – střílet z luku
cestus (caestus), us, m. – (kožený) pánský pás
aucupo, are, avi, atum (také depon. aucupor) – chytat ptáky
vorax, acis – žravý, hltavý
potator, oris, m. – pijan

De formica. De gallo. De cane.

Balaam, qui lingua arabica vocatur Lucaman, dixit filio suo: „Fili, ne sit formica sapientior te, quae congregat in aestate, unde vivat in hyeme. Fili, ne sit gallus vigilantior te, qui in matutinis vigilat, et tu dormis. Fili, ne sit gallus fortior te, qui iustificat decem uxores suas, tu solam castigare non potes. Fili, ne sit canis corde nobilior te, qui benefactorum suorum non obliviscitur, tu autem benefactorum tuorum oblivisceris. Fili, ne videatur tibi parum unum habere inimicum vel nimium mille habere amicos.“

(PIETRO ALFONSI. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 8–10.)

Slovni zásoba

formica, ae, f. – mravenec

gallus, i, m. – kohout

hyems = hiems, emis, f. – zima

matutinum, i, n. – brzké jitro

obliviscor, i, litus sum (+ gen. osoby) – zapomínat

benefactor, oris, m. – dobrodinec

De timore Dei

Enoch philosophus, qui lingua arabica cognominatur Edric, dixit filio suo: „Timor Domini sit negotiatio tua et veniet tibi lucrum sine labore.“

Dixit alias philosophus: „Qui timet Deum, omnia timent eum; qui vero non timet Deum, timet omnia.“

Dixit alias philosophus: „Qui timet Deum, diligit Deum; qui diligit Deum, obedit Deo.“

(PIETRO ALFONSI. *Disciplina clericalis*. Ed. C. Leone. Roma: Salerno, c2000, s. 6–8.)

Slovni zásoba

cognomino, are, avi, atum – jmenovat, nazývat

negotiatio, onis, f. – práce; zabývání se něčím

lucrum, i, n. – zisk

Caesarius z Heisterbachu – *Dialogus miraculorum*

Dist. V, cap. 34 – De Thiemone milite, cum quo diabolus nocte tesseribus ludens viscera eius excussit

In Susacia, quae civitas est Dioecesis Coloniensis, miles quidam Thiemo nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tesserum, ut non die, non nocte quiesceret. Semper sacculum cum nummis secum portabat, ut secum ludere volentibus obviaret. Ita in ludis expeditus et fortunatus erat, ut vix aliquis ab illo sine damno recederet. Ut autem posteris ostenderetur, quantum Deo tales ludi, in quibus irae, invidia, rixae et damna suscitantur peccatique verba rotantur, contrarii forent, permissum est diabolo, ut cum eo luderet, qui multis illuserat, atque evisceraret, qui multorum marsubia evacuaverat.

Nocte quadam domum eius in specie cuiusdam ludere volentis intrans saccellumque nummis refertum sub ascella portans ad tabulam sedet, denarios liberaliter apposuit, tesseres iactavit et acquisivit. Cui cum prospere succederet et militi iam pecunia quam apponneret defuisset, iratus ait: „Numquid non diabolus es tu?“ Et ille: „Nunc satis est, appropinquit enim tempus matutinale, oportet nos ire.“ Tollensque illum per tectum traxit, cuius viscera tegulis retrahentibus miserabiliter excussit. Et quid de eius corpore factum sit vel in quem locum illud proiecerit, usque hodie tam a filio eius quam a ceteris, qui illum noverant, ignoratur. Mane vero viscerum eius reliquiae tegulis inhaerentes repertae sunt et in cimiterio sepultae. Bene diabolus suos ministros in hoc mundo sinit prosperari, quos semper in fine decipit.

(*Caesarii Heisterbacensis monachi Dialogus miraculorum*. Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, I, dist. 5, cap. 34, s. 318.)

Slovní zásoba

tessera, ae, f. – kostka

viscus, eris, n. – vnitřnost

excusio, ere, cussi, cussum – vyrvat

Coloniensis, e – kolínský

sacculus, i, m. – váček

nummus, i, m. – mince, peníz

obvio, are, avi, —(+ dat.) – potkat (někoho)

damnum, i, n. – ztráta (jindy také trest, pokuta)

rixa, ae, f. – hádka, spor
 roto, are, avi, atum – točit
 permitto, ere, misi, missum – dovolit, povolit
 illudo, ere, lusi, lusum (+ dat.) – zahrávat si (s), podvádět
 eviscero, are, avi, atum – rozsápat, vyrvat vnitřnosti
 marsubium = marsupium (marsuppium), ii, n. – váček na peníze, peněženka
 sacellus, i, m. – váček
 refertus, a, um – nacpaný
 ascella, ae, f. – paže, podpaží
 matutinalis, e – ranní
 tegula, ae, f. – střešní taška
 mane – ráno
 reperio, ire, repperi, repertum – nalézt, objevit
 cimiterium (coemeterium), ii, n. – hřbitov
 sino, ere, sivi, situm – nechat
 decipio, ere, cepi, ceptum – klamat, podvádět

Dist. VII, cap. 43 – De poena lusoris, qui blasphemavit sanctam Mariam

Legitur in libro Miraculorum Claraevallis de duobus lusoribus terrible quid. Cum uni male succederet, fortunae alterius invidens, ut furori suo satisfaceret, in Deum evomere coepit verba contumeliosa. Quem socius eodem maligno spiritu afflatus compescens ait: „Sile, tu enim nescis maledicere.“ Statimque Deum nimium blasphemans cum in matris eius iniuriam erumperet; vox desuper audita est: „Meam iniuriam quocunque modo sustinui, matris autem meae contumelias nequaquam potero tolerare.“ Moxque super ipsam tabulam vulnere visibili invisibiliter percussus spumans exspiravit. Et quid dicam de verbis contumeliosis, cum etiam stultiloquia sine felle malitiae contra sanctae Dei Genitricis imaginem prolata neverim in praesenti acriter satis punita?

(Caesarii Heisterbacensis monachi Dialogus miraculorum. Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, I, dist. 7, cap. 43, s. 62.)

Slovní zásoba

miraculum, i, n. – zázrak
 lusor, oris, m. – hráč
 succedo, ere, cessi, cessum – dařit se
 furor, oris, m. – zuřivost, vztek

ČÍTANKA SNADNÝCH TEXTŮ ZE STŘEDOVĚKÉ LATINY

evomo, ere, ui, itum – vydávat
malignus, a, um – zlý, špatný
afflo, are, avi, atum – napadnout, nakazit, podrobit
compesco, ere, ui, — – krotit
spumo, are, avi, atum – mít pěnu u úst
stultiloquium, ii, n. – blábol, žvanění
fel, fellis, n. – žluč
Genitrix (= Genetrix), icis, f. – rodička, matka

Dist. VIII, cap. 25 – De crucifixo ecclesiae sancti Georgii in Colonia, qui campanarium trusit

Coloniae in ecclesia sancti Georgii Martyris crux metallina est effigiem habens Salvatoris, per quam multa miracula facta sunt ac sanitates. Unde multa luminaria matronae civitatis coram illa accendere consueverunt. Maxima tamen causa illarum virtutum fuisse creditur portio Dominici ligni, quae inclusa habebatur, quae nunc extracta gemmis et auro circumdata est.

Campanarius vero eiusdem ecclesiae, cum nullam ei reverentiam exhiberet, sed vadens cubitum frequenter luminaria inde subtrahens in usus suos converteret, nocte quadam, cum se in lectulum suum reclinasset et adhuc vigilaret, crux eadem ad eum venit et cum voce increpationis tam valide tutudit, ut infirmatus multis diebus sanguinem vomeret. Huius miraculi ego bene recordor et erat celeberrimum in tota civitate, ita ut ab illo tempore in maiori veneratione habita sit eadem crux.

(Caesarii Heisterbencensis monachi *Dialogus miraculorum*. Ed. J. Strange. Vol. I-II. Coloniae, Bonnae, Bruxellis: J. M. Heberle, 1851, II, dist. 8, cap. XXV, s. 101.)

Slovní zásoba

crucifixus, i, m. – zde: kříž (pův. od crucifigere – ukřižovat, tj. crucifixus potom Ukřižovaný)
Colonia, ae, f. – Kolín nad Rýnem
campanarius, ii, m. – zvoník
trudo, ere, si, sum – strčit (do někoho, něčeho), uhodit
metallinus, a, um – kovový
effigies, ei, f. – obraz, zpodobení
sanitas, atis, f. – vyléčení, uzdravení
luminar, aris, n. – světlo

accendo, ere, cendi, censum – zapalovat
virtus, utis, f. – zázrak, moc/síla konat zázraky
portio, onis, f. – část, díl
lignum, i, n. – dřevo
gemma, ae, f. – drahokam
reverentia, ae, f. – úcta
cubo, ere, cubui, cubitum – lehnout si
reclino, are, avi, atum – lehnout si, položit se
tundo, ere, tutudi, tusum – tlouct
infirmo, are, avi, atum – zeslabit
vomo, ere, ui, itum – zvracet, chrlit
veneratio, onis, f. – úcta